



Universitätsbibliothek Paderborn

**Homiliae Adm. Illvstris Ac R.dissimi Domini D. Fr.
Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ
Episcopi Barbastrensis & Albarrazini Ord. FF.
Prædicatorum**

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, Anno M.DC.XLIX.

§.8. Licet quia Sacerdotes homines sunt, quos Christus ad Missa sacrificium offerendum elegit, posset nonnullum in reliquis prouocare contemptum, quia eiusdem sunt omnes natura: vt illos tamen ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53084](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53084)

anteum: cum enim vnusque ex insculpta signet imagine quam refert, & non ex materia de qua formatum est, cum ipsa eadem sit in vitroque, ardo aequaliter figuram expriment & obliuauit. Idem in Sacerdotibus Ecclesie perpende: sunt in illa Sacerdotes pij, iusti, perfecta caritate vere aucti: & esse potest vt propter nostram miseriam alij sint peccatores, & sicut chalybis obduratio: omnes consecram: omnesque offerunt Deo Missæ sacrificium ob dignitate Sacerdotij qua fulgent: cumque hæc æqualis sit in omnibus, manifestum est fructum tutum æqualem & utilitatem sacrificij in veroque quantum ad valorem eorum essentialem.

IX. Certum est si elemosynam erogaueris pet manum ferui tui: quantumuis malus sit, qua nihil fructui detrahit elemosynæ quam largiis, nec meritum eius tollat ministri peruersitas, cuius ministerio illam pauperi distribuis. Idem sit ergo de proposito argumento iudicium. Vt ministri Dei nos omnes Sacerdotes Deo Patri offerimus Sacrosanctum Missæ sacrificium, & non sicut personæ singulares: vnde malitia qua vt tales infirmum detrahare non potest valori essentiali sacrificij: tanti etenim valoris tamque bona erit Missa nequissimi Sacerdotis ac iustissimi. Vnde sicut accidentale est sigillo quod aureum sit vel æreum, ita & dispositio particularis Sacerdotis, in quantum persona singularis accidentalis est merito sacrificij: quocirca attenda licet particulari dispositione meliores sint iustasiones quam peruersi, & maioris meriti illius qui digniori accedit præparatione: hoc enim indicant D. Thom. D. Bonauent. & Albert. Mag. Porro cum sacrificium non offerat iuxta dispositionem quam habet personæ particularis, sed secundum eam quæ in ipso est ex dignitate Sacerdotij, idcirco quantumuis sit illa dispositio conuenientior & perfectior, maior tamen non erit valor meritumque essentiali sacrificij.

§. 8. Licet quia Sacerdotes homines sunt quos Christus ad Missæ sacrificium offerendum eligit, posset nonnullum in reliquis pronocere contemptum, quia eiusdem sum omnes nature: vt illos tamen alij venerentur, dignitatem illis contulit Sacerdotij.

24 **I**N magno semper honore habuit Christus ministros suos, vultque eos ab omnibus singulari coli veneratione: ad hoc Redemptor

nostræ auctoritatem contulit, quam potuit maximam Ecclesie suæ ministris, licet etiam infirmis, vt in eis ministros eius honorarent & eminentiori veneratione ministros quos ad altioris extulit dignitatis gradum, nimirum Sacerdotes. Ingreditur Christus patriam suam Nazareth, & continuo Synagogam ingreditur: erat hic locus ad quem Iudei confluxerant, de ceremonijs & obseruatione legis acturi. sicut apud nos habetur Ecclesia ad quæ conueniunt Christiani: nam licet inter illos vnicum tantum esset templum nempe in Hierusalem, vbi celebrabatur festiuitas Agni Paschalis: tamen in singulis Prouincijs Ciuitatibus, & populis erectæ erant Synagogæ ad quas confluxerant, sicut non modo in Ecclesia pro Diuinit conuenimus officijs. Ingredus est igitur statim Christus Synagogam, & librum Prophetarum sibi dari poposcit, nominatum lib. Isaie qui forte illi contigit, cepit in eo legere officio fungens Lectoris & Subdiaconi, vt hæc officia dum ea ipse exerceret, amplifcet, eosque qui tali munere in Ecclesia essent ministraturi: quo declaret, quod si tanti faceret eius infimos ministros vt ostenderet quæti suos deberent æstimare, quanto plus deberent æstimare superiores ac supremos, scilicet Sacerdotes. Et postquam legerat, concionem suam vt Prædicator inchoauit sumpto themate ex S. Scriptura, loco nimirum illo mystico Isaie in quo implet interprete Propheta literaliter de ipso loquitur: Spiritus Domine super me, *Isa. 61. 1.* eo quod vinceret me *Ec.* Nos igitur honorem docuit & cultum, quo par est vt Sacerdotes, reliquosque Dei ministros veneremus.

I I. Domine si hoc intendas non videtur rationi conuenire, vt sublimi adeo ministerio designes homines: nam eo ipso quo tales sunt, illos carere hori habebunt, vt eiusdem terræ, naturæ ac patriæ mines ad conortes, & hoc ipsum illos ad contemptum hoc elicit: excitabit, & indignum quid est tanta dignitate, gantur. quanta colitur Sacerdotium, vt ab hominibus *Matt. 23.* vilipendatur: experientiam o Domine sume ex teipso, nam eo ipso quod Nazarenus esses, non obstante quod hæc munia obires Prædicationis ac Magistri cum tantam præstaret auctoritatem, nihilominus te vt compatiotum exproferunt, vnde & illos audiuimus interrogantes: Nonne hic est filius fabri? vnde hinc hinc omnia? vbi nam stetit, quis eum videram Magister docuit? Patri suo fabro lignario comes adhaesit & adiutor. Quinimo Domine tu hoc ipsum confirmasti, quando iusto mortore percut

Luc. 4.
I.
Christus
suo ex-
plo nos
docet eius
ministros
honorate.



Matt. 13.
57.
III.
Connatu-
rales cō-
muniter
vilipen-
duntur.

tus ob denegatum honorem tibi debitum, eo quod Nazarenus es, dixisti: *Nullus Propheta sine honore nisi in patria sua.* Cumque omnes ex eadem sint naturæ massa, atque ex ipsa natura æquales se arbitrentur, clarum est, quod si ad minus adeo excellens eligas homines, manifesto te exponas periculo, quod eos sint contempti, & ludibrio excepturi. Elias quanto in honore habitus ab illa vidua Sareptana, quantumque elatus à tota illa regione, cum peregrinus esset & adveniens contra verò quam illi habuit, quam afflicta à sacrilega illa Regina Iezabel: Elifens in patria à pueris sanis excipitur, calunisque irridetur, in signum ignominie non ferendæ, quem Naaman externus & alienigena revereatur, tantumque illi defert, ut beneficij loco deprecetur, quo possit ex terra quam pedibus calcabat, sibi domum deferre reliquias.

IV.
Ratione
confir-
matur.

Et hoc si rem penitus inspiciamus suam habet rationem: res etenim viliores si viciniores habeantur, minoris estimantur: tunc enim eorum nobis imperfectiones innotescunt: terra fructum viticæ illitum à longe gemma creditur valoris infiniti, quod se propius intuearis res apparet nullius estimationis. Terrena hæc omnia à longe nobis offeruntur ut magnum aliquid, sed ad oculum admota eorum distinctè deteguntur defectus, quorum intuitu minoris habentur. Iudicat Abisalom, quod si Thamar fororis sui possit amplexu, gaudium sit obtenturus quo nullum eminentius: quia eam de longe contuebatur: accedit propius, potius gaudet amplexibus, iamque cognoscit multo minus hoc esse quam sibi representauerat. Iudicat alius qui procul intuetur onus, dignitatem, & officium, hoc si allecutus fuerit, omnia se consecutum, nihilque sibi superesse desiderandum, propius accedit, illudque obtinet, & cum ex vicino detegantur in eo cordis angustia, tribulationes & infortunia, quibus abundat, cognoscit quam flocci valeat: & cum eiusdem terræ cespites è proximo conspiciuntur, & singulorum defectus notantur evidentius, hinc oritur vilipensio: ita similiter dum Prophete velut homines in eadem terra natiuitatis, à connaturalibus propius conspiciuntur, patent eorum imperfectiones quibus possuntur, vade & contemptus provocatur & irrisio. Noë totus honorat mundus quem in domo propria filius ludibrio subannat. Moyses in terra peregrina, ab eiusdem incolis honore cultus fuit quo non potuit insigniori, tanquam populi Dei Dux antesignanus atque

2. Reg. 13.
24.

Divina eius manu ad tam eminentem evocatus dignitatem, cui seducti detrahebant fratres Aaron & Maria Ioseph in Ægypto advena & hospes, ad quem poterit alioem gradum ascendere, quam ut Protex toti imperaret Ægypto, quæ tunc tota terra de Salvatore aborabat, in paterna vero domo quis eo vilior, contemptior, somnator audit à fratribus atque in tantum devehitur despectum, ut nulli alteri mitteretur idoneus, quam ut Simeonis venditur in mancipium. David in palatio Regis omnium antepositus & in paternis latibus à fratre ut superbus terra deprimitur. Martha ipsa sicut Lazari in forum producit corporis eius sicut: *Soror eius qui fuerat in ortu:* hoc quoque modo admodum familiare est, quid plura? nulli magis Propheta, minister & Sacerdos contemptus exponitur quam contribulibus cohabitans, & cum omnibus sint hominibus contribules vixit ex eadem natura, probabilis est quod electi à Christo talique ministerio deputati vilipensionem & irreverentiam non evadent contumaciorum.

V.
Et exem-
plis.

Verumtamen ut filius nostra tutor sit ac securus nostris ministerium: idem res Christus nobis tribuit ministros & Sacerdotes eosque naturales. Deinde ut maior sit reverentia quam postulat, ut homines exhibeant dignitati sacerdotali: si namque velit ut honorentur, velle ipse: *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei.* Et cognoscant quod attenda propria ipsorum natura quam distinctus possunt contribulitate, quod sint eorum comparitate, & propius illis inveniunt modicam in eis repugnant rationem venerationis, cum in se quod mandat: Deus ut summa veneratione colantur, certum est quod propter dignitatem, quam illis conferat, ideo tantum velle ut supremus ea honor deferatur: cum enim per ipsam in illis quedam divini vis species attendatur ratione officij, dum omnes fiuntur supremam Deo debent reverentiam, licet eam deesse ut ipsis cultus omnium penitus deferatur: ut autem ex parte ministrorum nihil sit, cui hæc adscribitur reverentia, sed in confesso sit totam hanc dignitatem à Deo promanare, idcirco statuit, ut homines fiant sacerdotibus: ut quia tales sunt, in ipsis non inveniantur ipsa natura nullum seu rationem aliquam, quare tantum illis deferatur, nisi tantum ex quo illis Deus tribuit cum dignitate sacerdotum quod illis communicat. Præterea ut ratione hac homines certiores sibi possint deesse: illi

eminentem evocatus dignitatem, cui seducti detrahebant fratres Aaron & Maria Ioseph in Ægypto advena & hospes, ad quem poterit alioem gradum ascendere, quam ut Protex toti imperaret Ægypto, quæ tunc tota terra de Salvatore aborabat, in paterna vero domo quis eo vilior, contemptior, somnator audit à fratribus atque in tantum devehitur despectum, ut nulli alteri mitteretur idoneus, quam ut Simeonis venditur in mancipium. David in palatio Regis omnium antepositus & in paternis latibus à fratre ut superbus terra deprimitur. Martha ipsa sicut Lazari in forum producit corporis eius sicut: *Soror eius qui fuerat in ortu:* hoc quoque modo admodum familiare est, quid plura? nulli magis Propheta, minister & Sacerdos contemptus exponitur quam contribulibus cohabitans, & cum omnibus sint hominibus contribules vixit ex eadem natura, probabilis est quod electi à Christo talique ministerio deputati vilipensionem & irreverentiam non evadent contumaciorum.

tem suam, & omne bonum, quo Deus vult vt ponatur. Hoc autem diuine dixit D. Paulus: agens etenim de electione & dignitate Pontificis & Sacerdotum, declarat quod illos Deus ex hominibus assumptis, vt per ipsos in virtute & salute magis proficerent: *Omnis Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur.* O quantum hoc beneficium quo Deus nobis economos tradit thesaurorum suorum nostros comites: nec enim dubitamus, quis longe maior ac securior nobis pars: diuitiarum eius sit obuentura.

Dabo ei vittores ex eodem loco. Listetaliter loquitur Vates de Sacerdotibus Ecclesie, sub figura vititorum & operariorum vinee suae, atque quod homines insigni velit beneficio afficere, quo ex ipsis & qui eiusdem sunt naturae ac parentela velit operarios eligere, vt tanto certior sit illis utilitas quam ex vinea sunt accepturi, & tutiores thesauri quos in illa Deus electis suis reseruauit: cum enim omnes sint consanguinei atque ex eadem progenie, specie orti & natura, hinc tanto morebuntur efficacius, vt in illorum eodemque thesauro gratiae distri. buerit, hoc egrue probatur ex illo quo contigit Abraham: patre facti illi Deus qua grauius indiguerit Sodomitis quomodo peccata sic eum irritant, vt festinato cogatur illos evertere; quidquid in illis est fundus demolendo, quam stragem nullus euadat incolarum: vt autem Abraham hac communi elade comprehendi nouit amicos suos domumque Lot negotis sui, ad Deum conuersus sic ait: *Absit a te, Heu Domine mihi, ne tale quid feceris: est in Sodomis mihi nepos, ex fratre Lot consanguineus, nec patitur parentela adeo propinqua, vt eius videam naufragium & interitum, Domine cohibe manum, tempera iram, & misericordiae te moueant viscera, miserere sanguinis meaeque Sacerdotem impellit vt tanto feruentius apud Deum pro eo supplex intercedat consideratio & obiectum consanguinitatis, qua fortius insigatur vt tanto diligentius eius studeat incoluntati: vnde vt homines cum maioris salutis suae securitate haberent qui eorum consulerent utilitati, voluit vt Sacerdotes futuri eorum apud Deum mediatores etiam homines essent vt illi ex eadem natura eodemque sanguine progeniti, vt tanto feruentius eorum compaterentur miseris, tantoque diligentius consulerent incoluntati.*

Et hoc D. Paul. indicauit locus de Sacerdotibus, quibus nobis opus est, inquit, vt sacrificia

nostra Deo offerant: nam significat quod Deus VIII. voluerit vt eandem nobiscum sortirentur naturam ipsam cum reliquis hominibus subiecti miseris, pro quibus etiam ipsis necesse est, vt sacrificia donaque offerant, ipsos ex eodem productis massa, vt tanto fortius eos insigat, quatenus proprio sanguini compaterentur: *Qua & ipse circumdatus est infirmitate: cum enim omnes ex eadem sint progenie, & in se ipsis eandem experiantur necessitatem & miseriam, tanto certius tantoque diligentius eorum curabunt remedium, quanto illos fortius deuincit naturae consanguinitas: si namque nulla teneretur sacerdos necessitate, essetq; natura Angelus, hocce faceret proximos suos, cum illos consideraret vt alienigenas & a propria sua natura peregrinos: nec fame, siti, aut lassitudine torqueretur, qua ratione hominibus hisce miseris oppressis afficeretur? quomodo supplex & seruens Deum pro eorum salute deprecaretur? Vnde dicitur vt homo sit, vt quando inopia est panis, ad eius accedat uomum, & portas eius ingrediatur vt eum egestas urgeat, prematq; necessitas, quatenus his coactus ceterorum hominum extrema patientium necessitati prospiciat: & si pellis grauescat, nec ei parcat vt sollicitus instet rogetque Deum vt miserorum succurrat infirmitati, si que ex proprijs calamitatibus discat condolere alienis.*

Et si Angelus foret Sacerdos, cum tanta puritate, habeatque naturam adeo perfectam tot gratijs grauius adornatam, quis accedere ad eum praesumeret, peccata sua illi reuelans & impudicitias? Immetito nos afficit beneficio, praescribens vt homo sit Sacerdos ex nobis assumptus Ex hominibus assumptus. Porro ne aduertendo eum a qualis naturae, & non in incibus quam alijs subiectum miseris, daretur occasio qua ab ipsis vilipenderetur, Diuina Christi Sapientia statuit mille media, vt in hac subiectione calamitatum, emineret dignitas superior, qua compellerentur omnes cultum illi exhibere dignamque venerationem: in quem finem auctoritatem & iurisdictionem illi concessit spirituales, quam seculum trahit Sacerdotum: vt autem in oculis omnium pateret euidentius atque ob illam ipsos magis honorarent plurique facerent, nonnulla tradidit illis signa exteriora, quatenus per haec aliquatenus interiorum cognoscerent dignitatem, qua ex iure declarantur quantum omnes illi reuerentiam seruare te- neantur.

IX. Et ratio suadet.



§. 9. Statuit in Sacerdotibus signa quaedam exteriora, ex quibus homines tenerentur illos venerari in vestibus Sacerdotibus.

Manifestum est quod sicut diximus, magno periculo exponerentur contemptus Sacerdotes, dum omnes eos, cognoscunt ex eadem productis terra eademque natura genitos, voluntate ut sint homines sicut illi: sed Divina sapientia Christus Divinum huic opposuit remedium, quo possent conseruari in reuerentia debita, omnes ad hoc obstringens ut ipsos velut superiores suos reuerentur, in ipsis superiorem notantes auctoritatem: & cum illa per se non possit oculis eorum innoscere, cum sit spiritualis, medium inuenit ut per signa exteriora & sensibilia illam agnoscerent. Hæc autem fuerunt vestimenta sacerdotalia, quibus illos exornauit, ut in illis ornatu videndo digniorem intelligerent ipsos auctoritate polleat superiorum quæ in ipsis representatur. Nota illi est nostra conditio qua ob vestimenta viros honoramus, tantoque insigniori illos æstimamus, honore dignos, quanto vestibus præfulgent elegantioribus. Sic argumentatur D. Iacobus: *si intraveris in contentum vestrum vir aurum anulum habens in veste candida: introierit autem & pauper in sordido habitu & intendatis in eum qui indutus est veste præclara.*

I. Signa exteriora reuerentiam conciliant.

D. Jac. 2. si intraveris in contentum vestrum vir aurum anulum habens in veste candida: introierit autem & pauper in sordido habitu & intendatis in eum qui indutus est veste præclara.

II. Vestes pretiosæ denotant nobilitatem. Eccl. 10. 7

Matth. 23. 2.

Passim obuium est olim splendida vestimenta prænotasse optimam nobilitatem: illi namque soli his ornabantur: ita declarat Salomon: *Beata terra cuius Rex nobilis est.* In Hebræo legitur, *Ben Churim*, id est *Filius candidorum*. Vestis igitur pretiosa stemma notabat illorum qui illis splendidi prædabant. Hinc lucem accipit illud quod Christo Domino Iudæi in maius opprobrium, eiusque contemptum intulerunt, dum illum veste candida induerunt: Hoc etenim eo animo fecerunt ut ipsum tanquamobilem exciperent, cuius nobilitati illuderent sannisque deriderent. Deinde quando se tribus electis suis discipulis gloriosum ostendit in monte Thabor: *vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix* erat etenim Dominus gloriæ ut eius vestimenta præferabant: quod antiquus prosequitur Tertullianus, exponens nobis insignia olim obser-

uata ad declarandam libertatem vel sanctitatem mancipij nec non mutationem de statu seruientis ad statum libertatis in vestitu demonstrat. *Famulum tuum libertate mutauit & vestis est. Tunc in more,* ait Tertullianus nam ut patet temporibus insignia Consulibus seu Patricijs Romanis erant in vestitu clauum lacum gerere iuxta illud Horatij: *Et lacum dimisit per ore clauum.* ita similiter apud Hebræos stemma decorabat illustrius vestis pretiosa. Præterea Christus pulchritudinem decorumque declarans quo Deus flores à loqua uetat Salomonis profert in vestitu magnificentiam: *Quia nec Salomon in omni gloria sua vestitus est sicut unum ex istis.* Vestis itaque orationis semper nobilitatis eorum & dignitatis debet testimonium: & ita D. Iacobus declarare uoluit apud sum cultumque quo cultioribus indutus honorabatur, & contemptum ac vilipensionem qua laceris indutus explerebatur, quo datur intellegi ueltem honestiorem indubie quandam ex parte uenerationem erga illum qui tali præfulget, quod ex se ipso a disce dum cum alijs conuersaris, si forte inter in eodem locum ut nobilitatibus ornatus vestimentis, ac heuolentia indutus: ecce continuo assurgunt omnes locumque cedunt: & si alius intret eundem cum prioris faciei eundemque præferat vigorem, propter tamen indumentis squalleat, neminem uidebis se mouentem locumque illi offerentem, uide hoc? nisi quod ex vestitu quædam uideatur prodire in oculis hominum debita reuerentia. Præceptum edidit Nabuchodonosor ut amnes illum summo colerent honore, quoniam uel Deum haberent: ut autem a uenerationem cultumque Deo debitum impetraret, composuit ergoque statum illam, in qua se inbet à cunctis adorari. An ergo hominum stultissime tibi facilius non fuisset præcipere, ut te, non statum adorerent, ut ita cuncti maiori te colerent ueneratione? Nequaquam: sciebat etenim ab hominibus id honorari & adorari quod uident in exteriori. Et in illa imagine, quæ representabat illum magnitudinem, eius maiestas eorum oculis reddebatur uiciniore: unde ut ab hominibus insignitatem obtineret cultum in illa uoluit status adorari. Ve regitur digniori Sacerdotes ab alijs reuerentia colerentur, licet eos eiusdem esse uiderent naturæ: hoc enim illis poterat hominibus inferre contemptum: itaque præter plures Christus, ut vestibus induerentur pretiosis & cunctis